

buches bildet der zweite von Teothild angelegte liber vitae, Lage 1. 3. 4. 5, über dessen Entstehungszeit und Bedeutung die an der Spitze stehende Einleitung ausführlichen Aufschluss giebt.

f. 1b. . . .¹ IMPERII GLORIOSI PRINCIPIS HLUDOUICI. Nos ac si indignę Christi famulę in cenobio sancti Romarici atque almi patris nostri Amati, una cum consensu patris nostri domini Theodrici seu matris nostrę religiosissimę Deo sacratę Teothildę abbatissę decrevimus pro omnibus his utriusque sexus missam cotidie celebrari, qui hunc locum pro amore Dei ad usus monacharum de rebus suis ditaverunt vel suas nobis seu antecessarum² nostrarum largiti sunt elemosinas, sive qui se in nostris vel illarum se² commendaverunt orationibus, tam pro vivis quam et pro defunctis; unde et eorum nomina, qui in tempore antecessarum² nostrarum fuerunt, subter scripsimus. Illorum vero seu illarum, qui in temporibus nostris extiterunt, in hoc semper curavimus scribere memoriali, hoc nostras ammonentes successores sub sancta patris nostri Benedicti regula militaturas, ut nomina amicorum seu amicorum suarum semper in hoc scribant memoriali et pro omnibus praedictis specialiter missa cotidie, quae superscripta est celebrętur.

Auf f. 19a befindet sich eine zweite Einleitung ähnlichen Inhalts:

f. 19a: SCRIPTUM MEMORIALE ANNO VII GLORIOSI PRINCIPIS HLUDOUICI magnique christiane religionis propagatoris.

Nomina abbatum defunctorum sancti Romarici atque almi patris nostri Amati una cum consensu patris nostri Theodrici seu matris nostrae religiosissime Deo sacratę Teothildę abbatissę, [qui³] in hoc monasterio per intervalla temporum successores extiterunt, quorum meminisse orando pro ipsis sacerdotem dominicis et quibusdam festis diebus decrevimus recitatis eorum nominibus postquam sacerdos dicit: Memento etiam Domine et eorum nomina, qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis, sed et fratrum quorum nomine² in hoc memoriali subterscripta videntur, statuimus ipsam² hora pręces fundendo pro ipsis memorari; nec non et in anniversario uniuscuiusque die censuimus specialiter ad Dominum venientem largitorem praeces supplicationum fundere. FINIT⁴.

1) Abgerieben. Zu ergänzen 'Anno septimo' nach der folgenden 2. Einleitung. 2) So Hs. 3) Fehlt in der Hs. 4) Dieser Abschnitt ('Nomina — Finit') ist gedruckt bei Garampi a. a. O. S. 172.